



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marii Mercatoris S. Augustino Æqualis Opera Quæcumque Extant

[Complectens Ea Quæ Ad Hæresim Nestorianam Spectant]

Marius <Mercator>

Parisiis, 1673

Caput XVI. Aliud de manu Moysis leprosa, & integre sanata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14215

CAPUT XVI.

Aliud de manu Moysis leprosa, & integre sanata.

DIXIT autem ad eum Deus Dominus iterum: Infer manum tuam in sinum tuum; & protulit manum de sinu suo, & facta est manus ejus sicut nix. Et dixit iterum: Infer manum tuam in sinum tuum; & intulit manum suam in sinum suum, & protulit eam de sinu suo, & iterum restituta est in colorem carnis ejus. Manum ad dexteram Dei & Patris verum filium ejus divina scriptura nominat. Induxit enim ipsum dicentem: *Ego manu mea firmavi celum; nec non etiam David divinus cantat: Verbo Domini cali firmati sunt.* Cerne igitur, in sinum quidem Moysis adhuc manum ejus occultari, & nondum factam leprosam; prolatam vero statim leprosam factam: deinde mox illatam, & rursus prolatam, & de cetero non leprosam: *Restituta est enim, inquit, in colorem carnis ejus.* Ergo quamdiu quidem erat in sinu Patris Deus Verbum, divinitatis nitore fulgebat; verum quando aliquo modo extra fuit per incarnationem sive *erat deservit*, factus est in si-

mitudine carnis peccati, & inter iniquos reputatus est. Ait enim divinus Paulus, *eum, qui peccatum non noverat, pro nobis peccatum fuisse, ut nos sceremus justitia in ipso.* Hoc existimo lepram significare, immundus enim secundum legem leprosus. Sed quoniam iterum in sinu fuit Patris, (assumptus est in resurrectionem a mortuis) prolata iterum manus videbatur munda: adveniet enim post tempora Dominus noster JESUS CHRISTUS, in sinceritate divinitatis & gloria, quamvis similitudinem nostram non projecit. Ait enim & beatus Paulus de Christo: *Quia semel mortuus est ad multorum exhaurienda peccata. Secundo sine peccato apparebit expectantibus se in salutem.* Ergo quoties nobis sacra litera nominat CHRISTUM JESUM, ne hominem seorsum putaveris, non vere adunato ipsi Deo Verbo; sed existimaveris magis, ipsum esse ex Deo & Patre Verbum JESUM CHRISTUM, cum factus sit homo.

A
teriorum per filium
im circumstan-
derobumbrat
fos autem ad
nutui dominico
Dei enim volun-
ncta celestium
inquam Dei fa-
propheta Ilias
tissima & emi-
s Seraphim, &

hinc scimus
ter JESUS
ura, propter
carne, pro
quem erexit
tus arceret
leavit serpen-
ari filium ho-
ipsum, non
nam. Quem-
s ex are fi-
:(sanaban-
) eo modo
is rus eis,
similitudine
sit homo,
us sit vivit
Te animalia
rtarias po-

CAPUT XVII.

Quod Christus non erat *νοφλης*, nec simpliciter in homine inhabitavit Deus Verbum: sed quod magis caro sit factum, sive homo perfectus, secundum Scripturas.

QUI fidem habent in Christo im- maculatam, & rectis omnibus sus- fragis comprobata, dicant videlicet, quod ipse ex Deo Patre Deus Verbum in exinanitatem descenderit, formam ser- vi accipiens, propriumque sibi faciens corpus, quod est natum ex virgine; quod factus sit nostri similis, & nuncupatus filius hominis. Est autem Deus quidem secundum spiritum; homo autem idem secundum carnem. Deinde divinus Paulus Judæorum populum alloquebatur di- cens: *Multifariam multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, novissimis diebus istis locutus est nobis in Filio.* Et quonam modo intelligatur locutus fuisse Deus & Pater novissimis diebus in Filio? Locutus est enim antiquioribus per ipsum dans legem, & ideo ipse Filius, suos dicit esse sermones, per sapientissi- mum Moysen prolatos. Ait enim: *Nolite*

putare, quia veni solvere legem, aut pro- phetas. Non veni solvere, sed implere. Dico enim vobis, iota unum, aut unus apex non transibit a lege, donec omnia fiant. Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Adde etiam prophetæ vocem: *Ipse qui loquebar, presto sum.* Ergo cum factus est filius in carne, tunc locutus est nobis Pater in ipso, sicut ait beatus Paulus, *novissimis diebus.* Sed ne parum credamus, quod ipse sit ille, qui etiam ante sæcula Filius, intulit statim: *Per quem fecit & sæcula.* Splendorem etiam gloriæ, & figuram substantiæ Patris esse commemorans. Homo igitur factus est vere is, per quem fecit & sæcula Deus Pater; & non, ut nonnulli existimant, in homine fuit, ut homo intelligatur a nobis, tanquam Deum habens inhabitantem. Nam, si hæc recte se habere, vere confidunt, supervacaneus esse videbitur beatus evangelista

fit, quod
evoraverit,
ant. Igitur
a est; non
pta autem
licet facta
line nostra
tabet om-
ra dispen-
e fuit re-
irga equi-
dexteram
te, sedes
carne.

CAPUT

Gg